

absque Bulleta, propter quod dicti officiales Levantis habent eum pro caduto de Sold. X. gross. pro collo; fiat gratia quod a dicta pena redatur totaliter absolutus. Super quod Officiales predicti responderunt, ut supra. [Id. Ib.]

312.

1332, Novembre 26. — *Offic. Mes.*

Stesso a diversi mercanti, per le merci portate dall'Armenia.

Quod fiat gratia Patronis iuratis galearum Cipri et Armenie qui apud Officiales messetarie dicuntur cecidisse ad ordinem quoddam dicti officii, eo quod non presentaverunt ipsis officialibus infra octo dies postquam aplicuerunt quaternos mercatorum et mercationum propter eorum ignorantiam, quia multis alijs Officialibus oportuit eos dare quaternos eosdemque, quod propter eorum ignorantiam et innocentiam absolvantur a pena quam propterea incurrissent. Et dominus Johannes Geno et Thomaxinus Bono et Mafeus Georgio Officiales Messeterie dictunt quod bonum est quod ordines observentur. Dominus autem Marcus de Molino eorum consocius dicit quod contentus est, quod fiat eis gratia, quia bene patuerunt hoc ignorare. [V. 2, tº.]

313.

1333, Gennajo 18.

Stesso a M. Zane armatore d' una galea.

Quod fiat gratia nobili Ser Marco Çane qui fuit armator unius ex galeis Armenie, quod absolvatur a pena librar. $\overset{c}{V}$, quam ignoranter incurrit apud Provisores, pro quod non prestitit suo officio pleçariam solitam quam non putabat debere prestare postquam pleçarias prestiterant curie maiori de ipsa sua galea, licet provisores dicant quod verum continet sua peticio, sed non possunt dicere nisi quod solvat, et quod bonum est quod ordines observentur, faciat Dominatio sicut placet. [V. 17, tº.]